



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

XIX. Extensio Indulgentiæ perpetuæ in diebus Conversionis &
Commemorationis S. Pauli Apostoli pro Ecclesiis Monialium Angelicarum
nuncupat. Congregationis Sancti Pauli Ordinis Sancti Augustini &c. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

ANNO
1730.

CLEMENS DUODECIMUS.

129 ANNO
1730.

quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alias robortis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indul-tis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores presentibus pro plene & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robre permanens, ad præmissorum effectum hæc vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 14. Decembris 1730. Pontificatus Nostri anno Primo.

F. Card. Oliverius.

Ex lib. mensis Decembris Taff. 16.

XIX.

Extensio Indulgientiae perpetuae in diebus Conversionis & Commemorationis Sancti Pauli Apostoli pro Ecclesiis Monialium Angelicarum nuncupatarum Congregationis ipsius Sancti Pauli Civitatis Mediolanen. Vigore enarratarum Innocentii XII. Prædecessoris literarum plenaria Indulgientia, & peccatorum remissione, sic per eum extensa, spatio plurium annorum pacifice potita & gavisa fuerat, novissimum fuisse dubium ab aliquo ex dictis Monialibus: Num ejusmodi extenso Ecclesiam prefatiorum Monasteriorum comprehenderet; quod postmodum propositum in Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium, Indulgientis & Sacris Reliquis præpositorum, per unius dumtaxat voti sive suffragii præponderantiam negative resolutum fuit cum subsecuta approbatione p[ro]p[ter] mem. Benedicti XIII. Prædecessoris quoque nostri, qui causam amplius non proponi mandavit; cumque negativa resolutione, alisque præmissis non obstantibus, adhuc locus esse dubium predictum ulterioris discutiendi, seu ad novam trutinam revocandi: ex hac vero lte seu controversia, non modica animorum dissidia ac perturbations in Monasterium prædictum invecta fuerint, qua non modo de præsenti adhuc ibidem vigent, sed si eamdem item feu controversiam diutius agitari ac perdurare contigeret, progressu temporis facile augeri & ingravescere possent.

Hujusmodi Indulgientiam Ecclesias hujuscemodi Congregationis concessit Innocent. XI. anno 1677. die 2. Decembris Constitut. XXIII in Tom. XI pag. 219. Cælestium munerum &c. eamque ad Monialium ejusdem Instituti Ecclesias extendit Successor Innocentius XII. anno 1697. die 14. Decembris, qua in nostro Bulario non reperitur.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Commissi Nobis cælitus Apostolatus officii ratio exigit, ut paternam sacrarum Virginum, quæ, oblita Populum suum & domum Patris sui, Divinis obsequiis se sub suavi Religionis iugo devoverunt, curam gerentes, illarum religiosæ quieti, & felici progressui, quantum Nobis ex alio conceditur, confidere jugiter studeamus.

Indulgencie hujusmodi ab Innocentio XI. concessa.

J. 1. Dudum siquidem fel. rec. Innocentius PP. XI. Prædecessor Noster omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Clericorum Regularium Congregationis Sancti Pauli decollati, Barnabitarum nuncupatorum, tam eatenus erectis quam imposternum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus, in Conversionis & Commemorationis ejusdem Sancti Pauli Apostoli festis diebus a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi anni singulis devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Maris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effusissent, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgientiam & remissionem perpetuis futuris temporibus misericorditer in Domino concessit.

Ab Innocentio XI. ad Moniales quoque extensa.

J. 2. Ac subinde rec. mem. Innocentius PP. XII. Prædecessor etiam Noster, supplicationibus tunc existentis Procuratoris Generalis dicta Congregationis, sibi super hoc humiliter porrectis, inclinatus, plenariam omnium peccatorum Indulgientiam & remissionem a memorato Innocentio XI. Prædecessore concessam, ut præfertur, ad omnes & singulas Ecclesiis Monialium ejusdem Congregationis similiter tam erectas quam imposternum erigendas, & ubicumque locorum existentes, in perpetuum extendit & ampliavit, & alias prout in iporum Innocentii XI. die 14. Decembris 1677. & Innocentii XII. Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 14. pariter Decembris 1697. respectice expeditis, quarum tenores præsentibus

pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, haberi volumus, uberioris continetur.

J. 3. Cum autem, sicut accepimus postquam Ecclesia sub titulo ejusdem Sancti Pauli Monasterii Monialium Angelicarum nuncupatarum Congregationis ipsius Sancti Pauli Civitatis Mediolanen. vigore enarratarum Innocentii XII. Prædecessoris literarum plenaria Indulgientia, & peccatorum remissione, sic per eum extensa, spatio plurium annorum pacifice potita & gavisa fuerat, novissimum motum fuisse dubium ab aliquo ex dictis Monialibus: Num ejusmodi extenso Ecclesiam prefatiorum Monasteriorum comprehenderet; quod postmodum propositum in Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium, Indulgientis & Sacris Reliquis præpositorum, per unius dumtaxat voti sive suffragii præponderantiam negative resolutum fuit cum subsecuta approbatione p[ro]p[ter] mem. Benedicti XIII. Prædecessoris quoque nostri, qui causam amplius non proponi mandavit; cumque negativa resolutione, alisque præmissis non obstantibus, adhuc locus esse dubium predictum ulterioris discutiendi, seu ad novam trutinam revocandi: ex hac vero lte seu controversia, non modica animorum dissidia ac perturbations in Monasterium prædictum invecta fuerint, qua non modo de præsenti adhuc ibidem vigent, sed si eamdem item feu controversiam diutius agitari ac perdurare contigeret, progressu temporis facile augeri & ingravescere possent.

J. 4. Hinc est, quod Nos pro pastorali nostra, qua animarum saluti & tranquillitatí prospicere tenemur, solicitudine; necnon sincero, quo easdem Moniales Angelicas prosequimur paterna charitatis affectu, quamcumque ab eis occasionem dissentionem, que Divino Cultui summopere perniciose forent, ipsique Monialibus ad apicem perfectionis, ad quam per emisorum ab eis votorum semitam contendere debent, assequendam, impedimento essent, prorsus submoveare volentes: prævia matura deliberatione nostra, litem ac controversiam prædictam, cujus statum & merita, aliaque etiam necessario exprimenda, presentibus quoque pro plene & sufficienter expressis ac specificatis haberi volumus, a supradicta Congregatione Cardinalium, alisque Tribunalibus quibuscumque ad Nos harum serie avocantes, ac penitus & omnino extinguentes, Indulgientiam & peccatorum remissionem in diebus festis Conversionis & Commemorationis Sancti Pauli Apostoli ad Ecclesiis Monialium dicta Congregationis, ab ipso Innocentio XII. Prædecessore, sicut præmititur, extensam, ac desuper expeditas ejus literas prædictas, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus; ac, quatenus opus sit, Indulgientiam & peccatorum remissionem, ac Innocentii XII. Prædecessoris literas præfatas, tam ad dictam Ecclesiam Sancti Pauli Civitatis Mediolanen. Monialium, Angelicarum nuncupatarum, Congregationis ejusdem Sancti Pauli Ordinis Sancti Augustini, quam ad alias omnes & singulas Ecclesiæ haec tenus erectas & deinceps erigendas, & ubicumque existentes, Monialium Angelicarum hujusmodi, quæ de præsenti vivunt, ac deinceps vivent sub Regula ipsius Sancti Augustini, ac servant ac servabunt Constitutiones particulares iussu Sancti Caroli Borromæi compilatas, ex seu super Constitutionibus dictorum Clericorum Regularium pro Congregatione Monialium Angelicarum Sancti Pauli sub hoc expresso titulo seu denominatione ab eodem S. Carolo approbatas, ac successivæ a bon. mem. Federico, dum viveret, S. R. E. prefatae Cardinali Borromæo nuncupato; hujus Sanctæ Sedis auctoritate confirmatas; itaut omnes & singuli utriusque sexus Christifideles, qui vere similiter penitentes & confessi, ac Sacra Com-

A. S. Indulgientiarum Congreg. decreta, sub hac extensione hæc Monasteriorum non comprehendit.

Ei itaque a SS. D. N. benigno indulgetur cum omnimoda extensione &c.

Dat. die 22.
Dec. 1730.
Pont. An. I.

Exordium.

Indulgencie hujusmodi ab Innocentio XI. concessa.

Universitäts-Bibliothek
Paderborn

munione refecti, aliquam ex Ecclesiis Monialium Angelicarum praefatarum eisdem diebus festi Conversionis & Commemoracionis Sancti Pauli Apostoli a primis Vesperis usque ad occasum so- lis annis singulis devote visitaverint, ibique, ut praefertur, oraverint, eamdem plenariam Indulgentiam & remissionem consequantur, auctoritate & tenore praefatis perpetuo pariter exten- dimus & ampliamus; seu eisdem fidibus, diebus supra expressis, praemissa in dictis Ecclesiis Monialium Angelicarum peragentibus, plenariam omniam peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem in perpetuum itidem de novo con- cedimus.

Literarum
harum ro-
bur.

Obstan-
tium deroga-
tio.

. 5. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtineare; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari; siveque in praemissa per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caesalium Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit at- tentari.

. 6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariai quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impremis manu aliquo- cius Notarii publici subscriptis, & sigillo perso- nae in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique adhibetur, qua ipsi praefatis adhiberetur, si forent exhibita vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 22. Decembri 1730. Pontificatus Nostri Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

XX.

Confirmatio Brevis Leonis X. quo Canonici Metropolitana Ecclesie Florentinae in Notarios Sedis Apostolicæ creantur.

C L E M E N S P A P A XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

A Postolatus officium, quod Divinæ Sapientiae altitudo humilitati Nostræ, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, committere dignata est, salubriter exequi, adipirante superni favoris aura, jugiter satagentes, ea, quæ ex Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, & hujus Sanctæ Sedis benignitate ad insignium Metropolitanarum Ecclesiæ dignitatem tuendam, personarumque in eis Altissimo assidue famulantium honorem augendum processerunt, confirmationis Nostræ patrocinio, cum id a Nobis petitur, libenter constabimus, prout temporum & locorum ratio postulat, re- & quoque ordini consentaneum esse in Domino arbitramur.

. 1. Dudum siquidem fe. re. Leo Papa X. praedecessor Noster Metropolitanus Ecclesia Florentina, in qua per multos annos, cum in numeris constitutus esset, Canonicatum & Praebendam obtinuerat, illiusque Capituli & Canonorum decori ac splendori providere volens, statuit, quod perpetuis futuris temporibus Archidiaconus, & alii in dicta Ecclesia Dignitates habentes, ac Canonici pro tempore existentes, sui & Apostolicæ Sedis Notarii forent & esse censerentur, ac Rocchetto, Cappa, & Habitum, per

Leo X. Flo-
rentina Ecclesie Canoni-
cos, No-
tariorum Sedi-
Apostolice
creavit, sin-
gula cetero-
rum Nota-
riorum pri-
vilegia clari-
giendo.

ejusdem Sedis Notarios de numero participan- gestari solito, ubi, & quoties eis placuisset, ut possent: Habitumque, Rocchettum & Cappam huiusmodi in Choro Ecclesiæ praefatae, quando di- vinis Officiis, ac Procesionibus & Funeribus inter- rescent, & aliis quibusvis actibus, in quibus cum Cottis & Almutis interesse eacum confue- verant, cum illis similiter placeret, deferre & gestare valerent: ac insuper indulxit, Dignitates, Canonicatus, & Praebendas pro tempore inibi obrincentibus, ac eorum cuilibet, ut omnibus & singulis honoribus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, favoribus, & in- dultis, quibus ceteri sui, dictæque Sedis Notaria- etiam de numero participan, huiusmodi ga- debant, & gaudere poterant quomodolibet in futurum, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participan, præjudicio, itidem gaudere: ipfis vero Archidiacono & Capitulo Ecclesiæ prædictæ dumtaxat, ut Notarios & Tabelliones pu- blicos, ac Judices Ordinarios creare, & quoscumque natalium defectum patientes legitimare, respecti possent & valerent: necnon Sacerdotalibus, in dicta Ecclesia pariter pro tempore residentibus, Missas per horam ante diluculum & usque ad medianam horam post meridiem, quoties ei id pro auditorum consolatione expedire videretur, in prefata Ecclesia tantum celebrandi, licentiam concessit: & alias, prout uberioris continetur in ejusdem Leonis prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis te- noris qui sequitur videlicet.

. 2. Dilectis filiis Archidiacono & Capitulo Ecclesiæ Florentin. LEO PAPA X. Dilecti filii, salutem & Apostolicam Benedictionem. In supre- mo militantis Ecclesiæ Solio Divina dispositio- ne locati, ad Ecclesiæ omnium potissimum Metropolitanarum insignium statum, salubriter & propere dirigendum paterno & solito stu- dio intendentes, prout ex debito pastoralis officii obligamur, illarum profectibus libenter intendimus, & his, quæ pro incremento Di- vini cultus in illis profutura cognoscimus, ut in eis majestas Altissimi jugiter collaudetur, quantum cum Deo possumus favorem beni- gnum impartimur. Sane cum ad Ecclesiæ vestram Florentinam, quæ jam mille annis effluxis sub invocatione Sanctæ Reparatae fundata, & Cathedralis a centum & quinquaginta annis circa in Metropolitanam sub invocatione Beatae Marie de Flore erecta, illiusque Fabrica opere murorum magno ac sumptuo- so inchoata, & per fe. re. Eugenium Papam IV. prædecessorem nostrum propriis manibus consecrata fuit, & in qua quinque Dignita- tes, & triginta septem Canonici, totidemque Praebenda, quorum major pars de jure patronatus laicorum, videlicet dilectorum Confulum Artis Lanæ Civitatis Florentinæ, & aliorum Civium dictæ Civitatis exstant per nobiliores & locupletiores dictæ Civitatis Cives obtineri soliti, ac quinquaginta & ultra perpetua Cappellania, seu simplicia Be- neficia instituta esse nofcuntur, & in qua Nos quoque per multos annos, dum in minoribus effemus, Canonici fuimus, antequam elu- cescat dies usque ad Vespertas confluat Christifideli multitudine ad ibi Missas & alia Divina Officia audiendum in numero copio- fo, & si Missæ inibi per horam ante diem usque ad Vespertas celebrari possent, eorumdem fidelium devotione & concursu cum spiri- tuali consolatione augeretur, ac pro salute animarum, aliorumque tam vivorum quam defunctorum preces ad Deum copiosius ef- funderentur, aliaque multiplicia bona age- rentur; & si præterea statueretur, quod de ca- tero, fili Archidiacone, tu, & alii inibi Di- gnitatem pro tempore obtinentes, & Canonici

Concessio-
ne ut in
Ecclesiæ hu-
iustimodi Mis-
sa celebra-
ti possint per
horam ante
diluculum,
& usque ad
medianam ho-
ram post me-
ridiem.

Tenor Pri-
vilegii Leo-
nis X.

ejusdem